UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato in primam Digesti Veteris Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Quæ res pignori vel hypothecæ obligari possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96393

Visual Library

ſtorum.
iteras.C.mand.⁊ in l.fi.C.ad Mac
ram.Vide Alex.conſil.ccxc.vide ad
redon.
ionem.
In obligatione generali venit etiam
cunia quocunq; modo queſita.h.d.
obligationem, quod eſt vtile ſcire,
l.idemque.§.fin.
DITIO.
ecunia venit in obligatione genera
.C.loc.vbi dicit,ꝙ non venit in
ſt Bar.in l.generali.de vſufru.leg
LEX XXXV.
Pactum de vendendo ad inſulam
nouatam porrigitur.h.d.

ig.vel hypo.tacitè
ur. Rubrica ii.

EX I.
conſulto. a in refecti
bligata, ſiue domino, ſiue
ſoluta pecunia.hoc dicit.
ADDITIO.
e aliū caſum in materia ſcilicet
tri poterit hypothecaria
aut.de non alie. ſecundum
roſan.eccl. Itē adde aliū caſum
dotē.§.fi.ſol.ma. Itē ꝓ reſtitu
torē,in princi.de execu.rei iudi.
ſint tacite obligata, Fed.
II.
us. Innecta, ⁊ illata ſunt tacite
obligata pro penſionibus
it.
LEX III.
orum. Inuecta in horreo
vel in area, iuncta
nt obligata pro penſione.h.d.
X IIII.
Hic ponit̄ differentia inter ꝓdia
ica,⁊ vrbana. Opp.de l.certi.C.
l.iſtā intellige ſ ſimillā,ꝗ nō ſunt
ſciēte,in vrbanis nō requirit̄ ſcien
is incognitū eſſet detegi rei fami
. quar.pars obeatur.C.ſed ſancta
et. Ita dicunt doc.⁊c.
bulū,ꝙ eſt in comitatu
s nō multū differt.h.d. Quero
la? Dicit gl.tā ruſtica,ꝗ cuꝫ
o vrbanis,ergo differunt aliquo
c habebit̄ loco ruſticorū ꝓdiorum
l.⁊ ideo ipſe exponit,nō multū
lo differt. Similis expoſitio
n hoc non obſtat.ſ.de verbo.

X V.
us. a §. Si quis
probare obligationē bonorū
s in ea,que fieret poſtea.hoc
DITIO.
fideiubēdo videt̄ ꝙs ratificare,
m ibi no.maxime per Bald.C.

EX VI.
a vel ficta obligatio manumiſſio
ion impedit.h.d. Not.ꝙ aliud eſt
ſpecialiter obligatā, aliud per
ſpecialiter obligata.hoc dicit.
EX VII.
Fructus intelliguntur a tacite
obligari pro penſione.h.d.
DITIO.
dde etiam ꝙ poteſt dominus pro
ructus,⁊ eos retinere,vt no.Bal.
Lex

LEX VIII.

Cum debitor. Poteſt creditor fructus pignoris in vſuras cōpenſare.h.d. Opp.ꝙ fructus extenuāt ſortē,vt C.de pig.act.l.j.⁊ ij. Sol.illud verum niſi debeātur vſure. Intelligas ergo hic vſuras deberi ꝑ ſtipulationē,vel officio iudicis,ꝙ idē eſt ac ſi deberentur pacto. Nā poſſent retineri, vt l.ꝑ retentionē.C.de vſur.facit ſ.de neg.geſt.l.ꝗ tātūdē. Opp.ꝙ prius debeat conuerti in grauiorem cauſam,vt l.ij.⁊ iij.j.de ſolu. Sol.vt no.in d.l.j.⁊ l.vſuras.C.de ſolut.

LEX IX.

a **Eſt differentia.** a Mācipia ſpecialiter obligata nō poſſunt manumitti,ſed obligata tacite ſic,antequā includātur.h.d. No.cū pēſio nō ſoluit̄ dñs pōt includere res inquilini. Facit l.inquilino.⁊ l.vtiq;.j.de dam.infecto. An autē iſtas res poſſideat ante incluſionē,vel poſtea,tangitur per glo.in l.ſolutam.ſ.de pigno.act.⁊ per doc.in l.certi.C.loc.⁊c.

ADDITIO.

ALEX. Eſt differentia. Differentia inter obligationem tacitam,⁊ expreſſam,⁊ inter obligationem generalem, ⁊ ſpecialem dic ſecundum Bar.in l.rem legatam ff.de adi.leg.

LEX X.

Tutoris. Per obligationē ex cauſa trāſactionis videt̄ tacite actū vt res veniat ī obligationē ꝓmeuā,ſi trāſactioī ñ ſtet̄.h.d. Quā legē no.ꝗ eſt notabilis Pro dclaratiōe q̄ro,vtrū actio ꝓmeua fuerit ſublata trāſactiōe. Dic ꝙ pōt litera iſta dupliciter itelligi. Vno mō qū trāſactio fuit interpoſita aīo nouādi. Alio mō qū ſimpliciter ⁊ ſic nō animo nouādi. Ita intelligit gl. Et prout intelligit animo nouādi,quero quomodo poſſunt res eſſe obligate, cū prima obligatio ſit ſublata? Reſpō.dic ꝗ interuenit dolus vel minor fuit in integrū reſtitutus,ſed illud vltimū nō placet,ꝗ ꝑ in integ.reſt.reponeret̄ minor in priſtinū ſtatū,ſed tūc bona heredis nō erūt obligata,vt l.j.in ꝓncipio.j.tit.j.ergo,⁊c. Sed qū interuenit dolus poſſunt intelligi bona obligata tacite,in odiū cōmittētis dolum. Sed ꝓut intelligit̄ ſcdo modo,ſcilicet,qū ſimpliciter,tūc ꝓcedit clare,ꝗ actio prima durat,⁊ ea pōt agi,ſi heres tutoris ꝓmiſſa nō ſeruat.C.de pac.l.cū ꝓponas.⁊ C.de tranſac.l.ſiue apud acta.⁊ ſic videt̄ iſto caſu,ꝙ bona ſint tacite obligata,quod eſt no. Ex quo apparet,ꝙ glo.vltim.huius legis q̄ dicit,quod bona,que non ſunt obligata,ſed quaſi obligata poſſunt retineri,non eſt vera. Primo,quia non faceret ad titulum. Secundo ꝗ dicit,quod pignus obligauit, non autem aliquid dicit de differentia,ideo teneas quod ſ.dixi.

Quæ res pignori vel hypoth. oblig. poſſunt. Rubrica iii.

LEX I.

Pupillus. In textu ibi, ſine tutoris. Gl.dicit,ꝙ nec etiam cuꝫ tutore ſine decreto,quod eſt verum,ſi contrahit ex voluntate,ſecus,ſi ex neceſſitate,vt l.fina. §.defenſionem.C.de adminiſt.tut.ergo,⁊c.

§. Si filius. Filius,vel ſeruus non poteſt pro alio rem peculij obligare,etiam ſi adminiſtratio ei libera ſit conceſſa. Oppo.de l.ſi conuenerit.§.fin.ſ.de pign.act.ſed ſolue,vt in glo.⁊ bene.

§. Eam rem. Res,cuius non eſt alias commerciuꝫ, non poteſt obligari.h.d. De quo l.in quorum.ſ.titu.ij.

§. Quid ergo. Sicut res litigioſa non poteſt alienari,ita nec pignori dari.h.d. Iſta exceptio litigioſi vtrum ſit in rem vel in perſonam,vide C.de ꝓſcrip.long.temp.l.j,dixi plene in l.j.ſ.de litigio.

LEX II.

Si quis. Quādo exceptio porrigitur ad fideiuſſorem,porrigitur etiam ad pignus datum ab alio.hoc dicit.

LEX III.

1 Creditor ſi ſecundus offert primo vtrum ſuccedat in ius primi. Et an tam in perſonali actione, quam hypothecaria.
2 Extraneus ſoluens primo creditori,an ſuccedat in ius primi tam in hypothecaria quam in perſonali.
3 Debitor ſoluens creditori ſuccedit quo ad retentionem,ſi facit ſibi cedi ius.
4 Soluens de alieno an ſuccedat in iure creditoris.
5 Creditoris ſecundi pecunia liberatus a primo quomodo ꝓbatur.
6 Creditoris primi in locū vt quis ſuccedat quatuor requirunt̄.
7 Hypothecaria que datur ſecundo eſt eadem cum ea,que datur primo creditori.
8 Extranei in medio quis conſequit̄ ꝙ per ſe habere nō poteſt.

Aristo. Secundus creditor in ius prioris creditoris non ſuccedit,niſi ſit actum, ⁊ cū actum eſt, ſuccedit in pignus,⁊ in poteſtatem vendēdi.hoc dicit. Et primo ponit vnum dictum. Secūdo ex illo vnam queſtionem determinat. Tertio vnā aliam queſtionem format,⁊ eaꝫ determinat. Secūda ibi,quo caſu. Tertia ibi, deniq;. Ad primum oppo.j.de ceſ.bono.l.ij.que inci.in perſonalibus. Sol.ille,ex cuius pecunia primus liberat̄,ſuccedit in priuilegium perſonalium actionuꝫ,vt ibi,non in hypothecaria, vt hic. Secūdo opp.C.qui potio.in pign.hab.l.j.⁊ j.tit.j.l.potior.§.fi. Sol.gl.quod ibi ſecundus creditor offert primo, hic vero ipſe debitor ſoluit primo creditori de pecunia alterius. Et pro huius declaratione gl.tua diſtinguit plene in l.j.C.de his qui in pri.cred.loc.ſuc.⁊ ſic facit gl.tria membra principalia, de q̄bus
1 faciam tres queſtiones,vt examinemus eas. Et prius † q̄ro quando ſecundus creditor offert primo,vtrum ſuccedat in ius primi? Glo.dicit hic,quod ſic abſq; aliquo pacto,⁊ ille primus cogitur recipere,⁊ ſi non recipit,ſufficit oblatio,⁊ conſignatio,
a ita dicit ibi,vide eam. Circa hoc dubitatur,a vtrū hoc ſit verū tam in perſonali,quā in hypothecaria? Videtur quod in hypothecaria tantum,vt in l.j.qui potio.in pig.hab. In contrariū videtur quod etiaꝫ in perſonali.in l.j.C.de his qui in pri.credi.lo.ſuc. Facit l.ſi pupillorū,de re.eor.⁊ iſtud puto veruꝫ. Pro hoc l.j.§.nunc tractemus.de tute.⁊ rat.diſtra. Itē aduertendū eſt, quia hic loquitur in ſecundo creditore,⁊ idem ſi ipſemet ſuccedit in locū ipſiuſmet vt ſi debitū antiquum nouandi animo ſtipuletur.j.tit.j.l.creditor.in princ.⁊ de noua.l.nouare.⁊ l.nouatio. Itē eſt aduertendum,quod gl.loquitur, quando ſecundus creditor ſuccedit,ī locū ꝓmi creditoris,eodē modo pōt ſuccedere in locum primi domini.l.creditor.§. cum ex cauſa.j.titul.j.
2 † Secundo quero vtrum extraneus ſoluendo primo creditori poſſit in locum eius ſuccedere? Glo.dicit,quod ſic,ſed eſt neceſſe,quod pactū ſuper hoc apponatur. Vide glo.circa hoc ꝙ de extraneo dicit,eſt aduertendū,nam extraneus quandoq; ſoluit primo tanquaꝫ emptor vniuerſitatis, ⁊ tunc non eſt dubiū, quod ſuccedit in perſonalem ⁊ hypothecariā.l.emptor.C.de hered.vel act.vendi.⁊ l.ſi in ſolutum.C.de act. ⁊ obli. Quandoq; ſoluit primo creditori gerens negotia debitoris,tunc poteſt intelligi,vt iſta gl.dicit,ꝙ ita demū in locū eius ſuccedit in pignore,ſi hoc eſt actū. Sed circa hoc dubitat̄ vtrū primus creditor cogatur ad hoc,⁊ tex.eſt quod nō vt l.nulla.C.de ſolut.licet ſecus eſſet in ſecundo creditore offerente,vt dixi in precedenti. Quādoq; extraneus ſoluit primo creditori emēdo ab eo pignus, tūc etiam ſuccedit ī ius illius,ſecundum ea que no.in l.j.C.ſi aduer.
3 cred.pig.vend. † Tertio quero qū ipſe debitor ſoluit primo creditori,vtruꝫ ſit aliqua ſucceſſio in ius primi? Gl.diſtinguit duos caſus. Primus ſi quidem debitor ſoluit,nulla eſt ſucceſſio. Iſtud fallit quādoq;.poteſt enim ipſe debitor in ius creditoris ſuccedere quo ad ius retētionis,ſi facit ſibi cedi ius,vt l.vſucapio,⁊ quod ibi no.C.de pig.⁊ dixi in l.j.§.cum prediū.ſ.
4 de pig. Secūdus caſus eſt,† quādo debitor ſoluit de alieno.gl.hic diſtinguit, Aut queris,vtrū ſuccedat in hypothecaria,⁊ tūc tria ſunt neceſſaria,ſcilicet quod ille ad hoc dederit pecuniā vt primo ſolueret̄,⁊ ꝙ vere ſit ſoluta,⁊ ꝙ ſit actū,ꝙ in prioris locū ſuccedat,vt hic. Aut queris quo ad priuilegiū in ꝑſonali, ⁊ tunc ſufficiunt duo,vt no.in d.l.ij.j.de ceſ.bono. Primum ꝙ dicit̄ ꝙ ſuccedit in ius hypothecarie,intelligas niſi res eſſet vendita prius per priorē creditorē,vt no.in l.ij.ſ.de pig.act.fa
5 cit l.qui balneum.j.tit.j. † Itē quero quomodo hoc probat̄,ꝙ ex pecunia ſecundi primus ſit liberatus? Reſpōdeo ex cōiectu ris,quia forte incontinenti poſt pecuniam acceptam a ſecundo ſoluit primo.l.ſi vetri.§.ſi.j.de pri.cred. Habes etiā aliā coniecturam in l.ſi.C.de pig. Itē illud,quod hic,ponit̄ ſub dubio, forte de priuilegio in perſonali,gl.pro cōſtanti ponit̄,ſ.ead.l.ſuper
6 verbo,debet. Iteꝫ eſt aduertendum,ꝙ gl.iſta †,videtur requirere quatuor, vt hec ſucceſſio fiat, ſcilicet ꝙ agatur vt ſibi ſit obligata,⁊ ꝙ in primi locū ſuccedat,⁊ ꝙ ad hoc mutuet,⁊ ꝙ ad ꝓmū creditorē perueniat pecunia. De primo qualiter intel
7 ligitur,dicā in proxi.q. † Quero, nunquid hypothecaria,q̄ dat̄ ſecundo,ſit eadē cuꝫ ea que datur primo? Gl.que eſt hic dt,ꝙ nō, ſꝫ eſt alia ſimilis nature. Idē no.in l.j.C.de his qui in pri.cred.lo.ſucc. Ego dico ꝙ eſt eadē vere. Ad cuius euidētiā debes ſcire, ꝙ qū ille,qui ſuccedit in locū primi. vult habere

duplicem hypothecariam, ſcilicet primo ex perſona ſua, ſecũdo ex perſona creditoris primi, quia ſua pecunia dimittitur, ⁊ tũc procedit quod dictũ eſt in gl. in precedẽti queſtione, quod qua tuor requiruntur, ſcilicet quod ſibi ſit obligata. Ex hoc enim acquirit hypothecariã ſibi ex ꝑſona ſua ſecũdũ quod in ius primi ſuccedat, ⁊ ex hoc habet hypothecariã ex perſona alterius. Alia vero duo ſunt clara. Et ex hoc apparet declaratio tex. huius legis, in fin. q2 pactũ appoſitũ de nõ vẽdẽdo, intelligitur, ꝙ hypothecaria ſua remaneat, q2 ſucceſſit in hypothecariam primi cum omni ſuo iure, ⁊ ſic ex vigore illius vendere potuit. Si enim eſſet vna hypothecaria tãtũ illud pactũ qd nõ liceat vẽdere nõ poſſit referri nec effectũ operari, niſi hypothecaria quam habebat ex perſona primi, ⁊ ideo tunc vendere non poſſet, ⁊ qd hoc ſit verum, quod eadem ſit hypothecaria, apparet ex tex. C. de his qui in pri. credi. lo. ſuc. in rubro, ⁊ nigro. Dum tex. noſter in fine dicit hoc ꝑ extraneũ, ꝛc. expone, hoc eſt ex iure qd habet ab extraneo, nec mirũ, q2 iura realia poſſunt ſeparari a nobis, ⁊ hypothecaria eſt in rẽ. l. j. ſ. de pig. ergo, ꝛc. Sed ad hoc op. quomodo ex pacto facto cũ debitore acquirit huic ſecũdo ius primi creditoris? Gl. hic ſoluit, ⁊ bene, hoc enim fit lege permittẽte, q̃ vult ⁊ fingit primũ creditorẽ hoc velle qñ ſibi ſoluit. Et ex predictis apparet, ꝙ ſi ille q pecuniã mutuat vltimo, vellet in ius primi ſuccedere, ⁊ ipſe nouã hypothecã ex ſua perſona non haberet, qd ſufficerẽt tria vltima, que poſita ſunt in gl. ⁊ ea q̃ dixi qd idẽ eſt ius ſecũdi, qd primi, intellige in iure pignoris, nam in perſonali que eſt inſeparabilis ab oſſibus noſtris, vt l. iij. ſ. pro ſocio. ⁊ l. qs ergo caſus. ſ. de pecul. hoc nõ poſſumus dicere, ſed eſt alia ſcilicet vtilis, vt d. l. j. § nunc tractemus. ĩ. de tut. ⁊

a ra. diſ. † Vltimo habetis ex hac lege, b qd cõſequit quis ꝑ extra

b neum, quod per ſe habere nõ põt. Gl. ponit plures cõcordantias, ⁊ alleg. multa contraria. Breuiter dic, quod non poſſum ꝑ me, nõ poſſum per aliũ nomine meo gerentẽ: ita loquunt omnia arg. facta in cõtrariũ, qd tñ intellige cũ determinatione eius, qd no. in l. Labeo. ĩ. de vſuc. ⁊ per Dy. i c. põt quis. de reg. iur. li. vj. vbi qd nõ poſſum ꝑ me, poſſum ꝑ aliũ nõ meo nomine gerẽtẽ, ⁊ ſic ex ꝑſona alterius cõſequor, hic eſt caſus cũ cõcord. ſuis, ꝛc.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Dubitat. Vide l. j. C. q pot. in pig. hab. Adde qd, ſi ſcds creditor verbo tantum obtulit, ideo ſuccubuit, an iterum poterit offerre realiter? Bal. quod non, conſil. l. incip. ſecundus creditor. lib. iij.

b ALEX. ¶ Ex hac lege. An poſſim ab extraneo conſequi id, qd ꝑ me non poſſum, facit quod not. in l. ſi fundus. § pen. ſ. de pign.

LEX IIII.

Titius. Quando eſt in poteſtate debitoris, an perficiatur obligatio, illud tẽpus perfectionis obligationis inſpicitur, non initiũ, ſecus, ſi in eius poteſtate nõ eſſet. h. d. ¶ No. iſtã diſtinctionem, quaʒ declarat Iuriſconſultus melius ĩ. ti. j. l. i. ¶ Not. qd licet creditor promittat pecuniam, nõ habet neceſſe debitor eaʒ recipere. l. qui pecuniam. ſ. ſi certum pet. ⁊ hoc eſt verum, quando mutuabatur gratis. ſec9 ſi ſub vſuris, quod intellige vt not. in l. qui Rome. in princ. ĩ. de verb. oblig. ꝛc.

---

a Qui potiores a in pig. hab. Rubri. iiii.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Qui potiores. Circa, hanc materiam vide Cepol. caute. cxxxvij.

LEX I.

1 ☞ Principium inſpicitur quãdo finis habet neceſſariam conſequẽtiam ad aliud, ⁊ quomodo intelligatur hoc.

Qui dotem. Quando in poteſtate debitoris eſt pecuniã non recipere, tempus ſolutionis inſpicit, quãdo nõ eſt in poteſtate, tempus obligationis contracte inſpicitur. h. d. ¶ No. quod dixi in ſummario, declaraui in l. pen. ſ. tit. j. ¶ Oppo. quod eſt in poteſtate mariti pecuniã ꝓmiſſaʒ ſibi non recipere, poteſt enim per acceptilationẽ liberare. l. vir ab eo. ĩ. de iure dot. Sol. Vir nõ poteſt hoc commode: quia ſic mulier remanet indotata, ⁊ ipſe habet neceſſe ſuſtinere onera matrimonij, ⁊ ſic videtur nõ poſſe. l. nepos Proculo. ĩ. de verb. ſign. Ita dicit glo. ⁊ Azo in Sum-

1 ma, quod no. ꝓ eo quod dicitur, † quãdo finis habet cõſequẽtiã neceſſariã ad principiũ, inſpicimus principiũ, quod iſtud intelligatur de neceſſitate preciſa, vel ita quod cõmode preteriri nõ poſſit, ita debet intelligi quod dixi in l. iij. § ſi quis cum minore. verſi. vnde oppo. ⁊ verſi. quero de queſtione. ſ. de mino. Oppo. ĩ. eo. l. Lucius. Sol. glo. quod diſtinctio huius legis habet locũ in eo quod principaliter venit in obligatione, non in vſura, ꝛc.

LEX II.

Qui generaliter. Prior tempore prefertur poſterior, ſiue generalem ſiue ſpecialem hypothecam habeat, niſi aliter actum ſit. h. d. ¶ Opp. C. de pig. l. ij. Solu. vt in glo. ¶ Item oppo. ad ſecundum caſum de l. idemq́. § ſi tibi. ĩ. eod. Sol. ibi ſimul acceperunt, hic ſeparatiʒ, ⁊ iſta eſt vera, vt ibi dicetur, ꝛc.

LEX III.

Creditor. Pignora in obligatione nouante repetita, intelligũtur repetita cũ priuilegio prioritatis. h. d. ¶ Oppo. de l. nouatione. ĩ. de noua. Sol. in obligatione nouante pignora nõ intelliguntur repetita niſi actũ ſit, vt ibi, ſed quando eſt actum, intelliguntur repetita cum priuilegio prioritatis, ⁊ ita loquitur hic.

1 ☞ Pignorari quando poſſit res aliena.

2 Domini prioris quis poteſt ſuccedere in locum, ſicut ſuccedebat in locum prioris creditoris.

§. Cum ex cauſa. Si primo obligetur res debita ſcdo, eadẽ effecta ꝓpria prior in tempore prefertur, niſi ſcds in locũ debẽtis rẽ ſucceſſe

1 rit. h. d. ¶ † No. qd res aliena nobis debita põt a nobis obliga

2 ri, qd dic, vt l. j. in prin. ſ. de pig. ¶ Scdo no. † qd ſicut qs ſuccedit in locũ prioris creditoris, ita põt ſuccedere in locũ prioris dñi, vt dixi in l. Ariſto. ſ. tit. j. ¶ Opp. ĩ. eo. l. qui balneum. § fin. Glo. ſoluit, ⁊ bene, ꝙ hic erat debita, ibi non eſt, ⁊ ibi dicam.

1 ☞ Pignus ex pacto de vendendo preſumitur cõtractum. Ad. de Cepo. in tract. de ſimulat. contra.

2 Ius reale conſtitutum ab vno ſocio pro parte indiuiſa facta diuiſione remanet in eodem ſtatu, in quo primo erat, ſecus in iure perſonali.

a §. Poſt diuiſionem. a Facto pacto † ꝙ liceat vẽdere, itelligit res obligata. Itẽ, pignus in parte diuiſa durat ꝓ indiuiſo, etiã poſt diuiſionem inter ſocios factam. h. d. ⁊ fortis § eſt. ¶ Nota, qd ex pacto de vendendo preſumitur contractum pignus.

2 ¶ † No. ꝙ ius reale ab vno ſocio a parte pro indiuiſo conſtitutum, facta diuiſione remanet in eo ſtatu: in quo primo erat, ſecus in iure perſonali, vt in l. Iulianus. § idẽ Celſus. ſ. de actio. emp. ⁊ ibi not. dic, vt ibi dixi, ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Poſt diuiſionẽ. Facto pacto, ꝙ liceat rẽ vẽdere, intelligit ex hoc res obligata in pign9, ⁊ ꝑ iſtũ tex. dicit no. Bal. in l. creditores. in fi. C. de pig. ꝙ ſi tibi mutuaui cẽtũ, ⁊ nõ obligaſti mihi bona aliter, ꝙ̃ ꝙ dediſti mihi licẽtiã de ingrediẽdo ꝓpria authoritate, ſi in termino nõ ſolueris, certe ꝑ iſtã licẽtiam intelligũtur bona hypothecata. Et dicit Bald. ibi. ꝙ hic videt caſus ꝙ ſic. Et iſte caſus nõ eſt alibi, qd no. Adde, an valeat pactum factum in diuiſiõe qd vnus non emat de bonis alterius, ⁊ an tranſeat ad heredes. Bal. conſi. ccccxxviij. lib. ij.

LEX IIII.

a Debitor. a Ius ſecundi creditoris confirmatur ſi pign9, ſeu ius primi liberatur ſolutione, vel compenſatione, vel alio modo. hoc dicit.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Debitor. Vide quid per iſtam l. voluit Alex. conſ. xij. ij. volumine.

LEX V.

1 ☞ Pignorato in equo quis prefertur etiam anteriori pro expenſis, alimentis, ac cuſtodia.

2 Repoſitis in rebus in domo conducta ad ipſarũ rerũ cõſeruationẽ dominus domus prefertur omnibus ꝓ penſione domus.

3 Lex interdum habet locum etiam ſi prior habebat rem ſpecialiter hypothecatam.

4 Mutuans pecuniam ad rem conſeruandam in ea habet tria priuilegia.

5 Mutuãs pecuniam ad rem emendam, an ⁊ quando habeat tacitam hypothecam ſuper ea.

Interdum. Regula eſt, ꝙ qui prior eſt in tempore potior eſt in iure, vt in ꝓcedẽti l. que regula fallit interdum, ⁊ ideo hec lex incipit, interdum, q. d. hoc caſualiter, non generaliter,

a in ſumma. hoc dicit. Ratione cauſe a poſterior poteſt eſſe potior priore, veluti ſi ad rem conſeruandam poſterior creditor debitori crediderit. hoc dicit, cum lege ſequenti. ¶ Nota iſtos

b caſus, b ⁊ ſpecialiter quod dicitur de alimentis ⁊ † expenſis

1 cuſtodie, quod eſt vtile pro eo qui accepit equum pignori, ⁊ in alimentis equi ⁊ expenſis famuli ſeu ragatij cuſtodientis, ⁊

in pen